ginta annorum: idem puto: et si statutum hoc esset inductum: quia  
cum tunc derogaret potestati statuendi: nisi sub forma statuta a co-  
suetudine non valeret consuetudo: et sufficeret si consuetudo hoc  
statuens esset firmata decennio: quia hoc tempus non videtur requi-  
rere in se: sed in consuetudine postea inducenda. l. secunda. §. deinde  
ex acti. de ori. iur. et quia modo consuetudo loquens excepta. C. de so-  
lu. l. inquisitio. et hoc puto: quia potest quo ad futuras derogare le-  
gi volenti valere consuetudinem per decem annos: quia sic statue-  
re possunt supplendo: vt certam formam dando: de iure civili pla-  
num: vt. l. omnes populi. ff. de iusti. et iure: sed etiam de iure canoni-  
co: vt no. in dicto. c. primo. de offic. archidia. que sunt bene notan-  
da. **¶** Glo. que hoc dicit quod in consuetudine exigitur titulus  
et tempus sicut in prescriptione: quando procedat patet ex dictis.  
**¶** Dec omnia vera secundum Butrio. in l. secunda. C. que sit long. con-  
sue. quando principaliter inducitur consuetudo: vt disponens in iur-  
dicio: sed si consuetudo infra tempus commune decennij allegatur:  
quod sic est obseruatum que probatur per tempus: et obseruatio-  
nem decennij. tunc presumetur consuetudo prescripta etiam q̄ ma-  
ius tempus exigat: quod est notabile: per legem: cum de in rem ver-  
so. ff. de vsuris: et no. infra de cens. peruenit: de causa possessio. c. fi-  
na. quia sicut causa presumitur ex iuribus illis: ita presumeretur co-  
suetudo: ex qua parti ius defenditur vel roboratur: hec omnia pro-  
cedunt in alijs actibus quam sententijs. In sententijs autem vt a  
principi vel a papa proferuntur ille sole: habent vim legis absq; alia  
temporis continuatione vel prescriptione: eo quod constat indicā  
tem sic iudicare: vt in futurum obseruetur. ff. de in. l. in causis. C. de  
legi. l. prima. et. l. ult. secundum. Composit. hic. **¶** Ad tertium cir-  
ca tempus a quo actu incipiat quidam q̄ a tempore actus: ex quo  
concluditur populi consensus: quia ad tempus ordinatur ad firmā  
dum habitum populi: antequam detur consensus in esse nō datur  
quid confirmabile: argumen. de fide instrumen. inter dilectos. versi-  
cu. ceterum: et hoc tenet Doffre. in. l. de quibus. ff. de legibus. et. l.  
secunda. C. que sit long. consuetu. Contrarium determinat Butri.  
in. l. de quibus: et glo. et ipse latius declarat in. l. secunda. q̄ a tem-  
pore primi actus. argumen. Leum qui kalendis. ff. de verbo. obliga-  
nam dicit Butri. quod ante decennium completum non adest con-  
sensus populi: sed decennio completo adest et presumitur retro ad  
fuisse omni tempore: dat simile in. l. penales. §. communita: ad legez  
falsi. et. l. in quantitate: vbi si vltra legatum excedat dodrantem: de  
trahitur falcidia de omnibus superioribus: quasi vt ipsi videantur  
dodrantem excedere: facit quod not. de dona. in officij vltra mediu-  
C. de inoffic. dona. l. prima. et infra de dona. pastoralis: ad hoc. l. per  
fundum. ff. de seruitu. rusti. predi. vbi confirmantur prime concessio-  
nes: vltima superueniente: puto quod si sit vnicus tantū actus: vel  
duo quod computetur tempus actus exercitiij: qui transit in noti-  
tiam populi: alias non posset habituari cōsensus: qui non adest: et  
dico quod consensus non surgit in complemento decennij: sed  
ante et lapsō decennio firmatur: et habituatur consensus: vt pro le-  
ge quod ante erat simplex: commiserunt enim primo: vt iustum: sed  
non: vt pro lege: nisi tempore lapsus decennij: vbi autem sunt multi  
actus: ex quib; propter multitudinem presumatur consensus: tunc  
non potest patere: quis particularis dederit consensus: quia om-  
nes simul dent consensus vel presumunt. arg. ff. de serui. rusti. predi.  
l. per fundum: computatio tamen non possit fieri plus ab vno quāz  
ab alio particulari sit ab omnibus: sic a primo vsq; ad vltimum: ar-  
gu. l. generaliter. ff. de fidei i. f.

40 **Tertio.** **¶** Est videndum de causa efficienti consuetudi-  
nis: et sic quis posset consuetudinem inducere: dic-  
q̄ omnes qui habent potestatem legis condende: et quante quan-  
titatis potest consuetudinem inducere: et si distinguat eorum mi-  
dum inducit consuetudinem vniuersalem: vt est consuetudo roma-  
na. Si distinguat proniniam inducit consuetudinem proniniale  
xij. distinctio. illa nouit: et. c. sequenti: vsq; ad finem. habens pote-  
statem statuendi: quo ad dioc. vt episcopus inducit quo ad dioc. et  
sic de singulis: et sic in ecclesia illi de ecclesiar: sufficit: vt ex dictis pa-  
tet: quod habeant potestatem statuendi in genere: licet non habeat  
aliquando in illa specie: de qua agitur: vt quia statuunt contra ius:  
et tunc exigitur quod sit prescripta: vt dictum est supra ideo dicunt

iuriste: quod populus vniversus sicut statuit: ita et consuetudinem  
inducit: et totius populi exigitur consensus habilium. Tamen di-  
cit Huiliel. de eug. quod sufficiant maiores de populo populū re-  
gentes: hoc non discutio: an soli regentes: et de quibus statuunt.  
Sed dic vt per Bartolum in. l. omnes populi: de iusti. et iure. et per  
Joan. and. de constitu. cum omnes: et in. c. cum accessissent: per In-  
nocen. et quicunq; potest statuere: potest consuetudinem inducere:  
digi de habilibus: quia furiosi infantes: et mulieres non computā-  
tur. ff. de legi. l. secunda. ff. de diuer. prescrip. l. diuis. **¶** Item mino-  
res. xx. an. qui in lege condenda non presant suffragium. ff. de mune-  
re. et hono. l. ad rem publicam de decurionibus et filiis eorum. l. spu-  
ne. et hono. l. ad rem publicam de decurionibus et filiis eorum. l. spu-  
ne. §. primo. **¶** Item nec mulieres. ff. eodem. l. prima. ad hoc quod  
no. de ope. noni nuntia. c. primo. eo enim quod sciunt sic iudicant:  
et non contradicunt consentire videntur: vt. l. secunda. §. voluntas:  
ff. solu. matrimo. nec ob. quod non consentiant cum non valcant  
contradicere: vt. l. sepe: de re iudica. infra de re iudic. c. quamuis: q̄  
potuit contradicere saltem de facto: licet non de iure: vt in regula  
42 iuris eius velle. **¶** Circa populi consensus est dubium: an exiga-  
tur quod detur a congregatis in vnum: de statuto certum: quia de-  
bet fieri a maiori parte duarum partium presente. ff. quod cuiusq;  
vni. l. nulli: et. l. plana. l. tertia. de decre. ab or. fa. not. de elect. licet de  
quo dicit: vt de his que sūt a maiori parte. ca. c. primo. Item debent  
illud facere: vt corpus: non vt singuli: de consti. cum. ad. an sic erit  
in consuetudine: ad hoc de elec. in genesis: quod not. de postu. prela.  
bone. §. de rescrip. eam. cum si. ff. de regulis iuris. aliud. §. primo.  
glo. videtur exigere quod exigatur cōsensus conuocato populo. ff.  
de legibus quam glo. recitando ibi pertransit Barto. Joan. andr.  
dicit hic quod hoc esset nimis durum: et idem Pet. et. y. in dicta  
l. si. als. exigetur consensus expressus: quod est contra naturam cō-  
suetudinis: vt. l. de quibus: et quo ergo sufficit tacitus consensus:  
non exigitur conuocari capitulum: et hoc operatur rei natura: hoc  
etiam tenet De. in. l. secunda. C. eodem. et iura que exigunt consen-  
sum conuocato consilio: et communi procedunt quando exigat vel  
43 prestatur consensus expressus: quod not. **¶** Sed est dubium an  
vna pars populi possit altera contradicente inducere consuetudi-  
nem: si vna consentit altera contradicit: questio potest dupliciter in-  
telligi. Primo an vna pars populi possit facere consuetudinem de  
per se vt soli ligentur. Secundo an possit facere consuetudinem vt  
ligentur alijs consuetudini non consentientes. **¶** Primum tangit  
Huiliel. in. l. de quibus. ff. de legibus: videtur quod non: quia popu-  
li totius consensus necessarius videtur: vt. l. de quibus. Item quia  
vniuersitas est vnum corpus: non ergo potest diuidi: de verbo. obli-  
ga. stipulationes non diuiduntur contra credit Huil. si vna pars:  
vt burgus: vel contra ta volūt facere consuetudinem de per se quia  
quod videtur in toto re. de offic. delega. pastoralis. l. que de tota. ff.  
de rei vendi. ad hoc quia communicata certa parte populi illa est su-  
bi populus. ff. de le. l. plana: ad hoc. l. §. C. de iudi. ff. de orig. iuris. l.  
si. §. deinde. §. distinctio. c. lex. et. c. plebiscita: et. c. senatus: ad hoc. l.  
penulti. de iusti. et iure: ad hoc quia in certa parte fundi potest con-  
stitui seruitus. ff. de serui. rusti. predi. l. pro parte. ad hoc. l. obseru-  
re. §. si. ff. de offic. proconsulis. **¶** Ista questio recidit in illam: an vna  
pars populi possit facere statuta: de quo in. l. omnes populi. ff. de iur.  
sti. et iure: per Barto. de quo per Dyr. in. l. si quis a filio. §. si. de leg.  
i. et an vna pars populi possit facere diuersam vniversalitatis: de quo  
in. c. cum ab ecclesiarum supra de offi. ordi. secundum etiam q̄ tan-  
git Huiliel. in dicta. l. de quibus: in effectu concludit quod si consue-  
tudo est preter legem vel secundum legem statui maior parti: vt. l.  
aliud. §. refertur. ff. de regul. iuris. l. quod si maior ad munici. de his  
que sunt a maiori parte. ca. per totum. Si faciunt aliquid cōtra le-  
gem dicit quod contradictio aliquorum impedit consuetudinem  
quia quod est contra legem restringi debet. ff. de legi. l. quod verum  
contra rationem. Item quia ius singulare: et speciale contra legem  
debiliss est. C. ad velle. antique: de test. mili. cius militis: ad hoc  
ad hoc in aut de feu. mili. l. militia: ad hoc in auten. de defensorib;  
cini. circa finem. ibi tota ciuitas: nullo renuntiare re. hoc credo per-  
ter. in. c. l. de his que sunt a maiori parte. ca. nisi euidens appareat  
utilitas consuetudinis: vt ibi. Ex hoc inferunt an consuetudo liget  
mulieres furiosos: et infantes inhables ad consentiendum: videri-  
tur quod non: quia consentire tacite non potest. l. qui ad certum. ff.  
loca. **¶** Materia est de offi. presi. l. diuis: et de pari. l. tertia. non obli-  
quod non consentiant: quia intelligi debent iura de consensu habi-  
limum: ad legis ordinationem. ff. de mune. et hono. l. ad rem publicā:  
et dicit supra secundum Lynum de numero. **¶** Sed Huiliel. dicit quod  
ligentur in actibus proportionabilibus minoribus: quia non atre-  
duntur ipsi vt minores: sed tota vniuersitas. ff. quod cuiusq; vniver-  
si. l. sicut munici. ff. de rerum diuisi. tantum. §. vniversalitatis: ad hoc  
de lega. tertio. l. seruis legatis. §. omnibus: et. §. omni: ad hoc quia  
ex facto maioris obligantur. ff. de minoribus emilis ex quib; cau-  
sis in possessio. catu. iul. Si est materia improportionabilis: vel a  
qua verisimiliter sunt excepti: vt quia dicit consuetudo: quod si alio-  
quis vendat rem non possit venditionem rescindere occasione mi-  
noris



nois pretii: minores intelliguntur excepti: in quantum veniant ad rescissionem etatis beneficio. ff. de mi. l. j. arg. ff. de muneribus 2 bos no. l. vt gradatim. §. sed si lege: de mulieribus: dicit idem: vt ligentur omnibus predictis: assentit. Butri. quod vbi consuetudo respiciat omnes: vt vniuersos: vt qualiter eligatur potestas si concernat vniuersos immediate: sed mediate singulos idem: vt quia fiat statutus vel consuetudo. de soluendo potestati: vel doctoribus electis: et tantum datur secundario pro soluendo oportet singulos collectari: ad hoc vt liget tales personas. l. j. ff. qd cuiusq; vniuer. si de respiciente singulos immediate: vt nunc exigam debitum meum: et dicit quod non valet. In contrarium allegat. l. venditor. §. si constat. ff. communia predicti. et aliter non soluit: dicit vt in statuto dicitur: in. l. antiocisum. ff. de priu. cre. probatur: et in. l. totiens. ff. de polli. vbi concluditur quod non valet consuetudo sine causa: ideo dicit ad. §. si constat: quod vel illa erit generalis omnium: vel id assueta pro publica utilitate: non totaliter priuata: vt ibi: cum pecuniam habet lapicidius

44 **¶** An mulieres statuatur: consuetudinem inducant dicit quod sic: quando habent iurisdictionem: de ma. 2 obed. cum dilecta: de arbi. cum dilecti. An consuetudo de mulieribus masculos liget: dicit qd sic: si proportionabilis est materia: als non fm Huil. ideo si consuetudo mulieris habet quod possint rescindere contractum: no extenditur ad masculos: qd eadem non est ratio: cum maior sit fragilitas in mulieribus. Sed si habet consuetudo qd non rescindatur applicabitur ad masculos. argu. eiusdem rationis. C. que sit lon. consue. l. j. z. ij. z. ff. rerum amo. l. contra virum. §. j.

45 **¶** **U**is materia **¶** Formae causa efficiendi consuetudinis: ex his cludenda sunt duo. ¶ Prmo quot sunt species consuetudinis: et quid sit consuetudo. Dicit si attendatur consuetudo prout est facti: vt est genus comprehendit in se omnem vsu: sine a ratione: sine a sensu: seu assensu appetituo: aut in instinctu nature impulsu: hoc modo animalia dicuntur habere consuetudinem hinc est quod illa retinentur: qd diu voluntatem reuertendi ostendunt assuefactioni insti. de re. diu. §. pauonum: sicut et in vitis dicitur homo habere consuetudinem quando ex frequenti actu vitis transit in habitum: ethicorum. l. i. ff. C. de epi. audi. comprehendit in se etiam consuetudinem vsuum cuiusq; hominis priuati in actibus suis particularibus: hinc est quod dicimus: hec est consuetudo patrifami. ff. de le. l. si seruis plurium. l. velyniuersoz. ff. de pigno. acti. l. qui semiles. ff. de vsuris: de officio lega. quod translatione: de iureiuran. ad nostram: de pigno. illo vos: de empti. z ven. ad nostram: comprehendit etiam in se consuetudinem priuata que iuris est ordinata ad querenda iura particularia: quam iam appellamus prescriptionem: et vsucapionem: ex vsu enim rei priuate et tempore acquiritur dominium comprehendendi etiam in se consuetudinem stricte sumptam: que creat ius: vt publicum. Si ergo in genere sumatur consuetudo: et queritur quotuplex est. Dicit quedam est priuata et instinctu absq; ratione. et est facti. Quedam est priuata et cadit in animalia: et homines: in quantum vititur anima sensitua absq; ratione: et est facti. Quedam est priuata et facti: et secundum vsu rationis: vt est illa qua iuste et ratione vititur paterfa. et bonus yconomus in gubernandis actibus proprijs: et ista si fiat specialiter in vsu scribendi appellatur stilus: de quo dicam infra. Quedam est consuetudo priuata: et iuris: et ad finem creandi ius: vt priuatum et appropriabile: et hec est consuetudo que in specie appellatur prescriptio: que qualiter etiam appellatur: dicam infra. Quedam publica et iuris: et illa que ordinatur ad creandum ius: et publicum cum omnibus: et hec est iuris: et altera lex: et de hac loquimur hic. Ex his habemus consuetudinis diuisionem in genere sumptam.

46 **¶** Per hoc datur differentia: inter consuetudinem et stilum: nam videtur quod non differat a consuetudine: de cri. falsi. quaz graui: vbi quod prius vocauit consuetudinem: postea vocat stilum. ¶ De. de bel. perti. dicit quod stilus est ius non scriptum vsibus introductus: ab vno iudice: in hoc differat a consuetudine: que est vsus communis. stilus est vsus vnius. esset ergo secundum eum: quando p vsu stilum latinum a iudice determinata est lex: dicens: in omnibus causis libellum non dari ad causas. xx. solidorum. Jo. and. dicit qd stilus est vsus in scribendo tantum: de confirma. vt ili vel inuili. c. pe. de crimine falsi. qua graui. ¶ Unde sumitur a stilo quod scribitur in cera: vel tabula: vt dicto. c. pe. fm Jo. an. z de hoc in scribendo dicimus stilum curie: similia: differat stilus a consuetudine: ergo quia consuetudo lex communis: stilus particularis persone: vel officij certi. Item qd consuetudo in omnibus actibus vniuersalis: hic tantum scripture. Item vtputo consuetudo exigit tempus hic stilus non exigit tempus: sed sufficit bis vel ter: hoc ab illo seruatum: absq; temporis confirmatio: ne: vt. l. in si. pbabo in effectu: quia consuetudo per omnia vt lex. hic stilus non arceat: nisi in declaranda mente scribentis: quia sic alias scripsit sic in stilo scribendi est ep. mens. ¶ Item in declarando an hec sit scriptura scribentis: vel non: quia si non habet stilum consuetudis: litera illius non presumitur. Item in supplendis abbreviaturis: qd secundum stilum et consuetudinem notarij: supplentur et exemplantur: de fide instrumen. cum. ¶ D. tabellioz. c. si. de testi. significauit.

**¶** Ex his dicit Nico. de mat. quod est dare consuetudinem stricte: de qua loquimur: est dare consuetudinem que dicitur non consuetudo: sed assuetudo. i. obseruancia quedam que differt a consuetudine in pluribus: et hec est obseruancia alicuius curie que plus est in facto vsus quidam: quaz in iure: quia non est lex: differt a stilo: quia ille in scribendo: hec in alijs actibus est vaga: et in hoc applicatur ad naturam consuetudinis: sed differt a consuetudine. Prmo quia consuetudo est populi: hic vnius iudicis vel tribunalis: potest etiam esse hic totius populi: sed sufficit sic assuetum: vt sonat in facto: licet no tantum quod ex hoc surgat ius consuetudinis. Secundo differt: qd consuetudo exigit tempus: ad habitum firmandum populi: vt quod iure hic non exigit tempus: sed sufficit aliquibus actibus: hoc a curia obseruatum: quod relinquitur iudicantis arbitrio differunt in effectu: quia consuetudo vt iuris: vim omnem legis habet obseruatiam: vt facti: habet tantum vnicum effectum declaratum: vel iuris quo ad verba dubij: vel omitti a iure declarandi: vel verbis dubijs duobus loci: aut vocabulorum: vel omitti ab hominibus supplendi: ideo si lex est dubia: vt plurimum intelligibilis seruari debet qd pluries seruatum est in curia: licet enim non sit hoc prescriptum: saltey loci sapientum: hec est communis opi. circa legem dubiam: obseruandum est ergo. ff. de legi. l. minime: de consue. cum dilectus: du tamen alteri legi non obuietur aperte: quia tunc oportet quod sit consuetudo. ¶ Dabet secundo effectum omitti a iure declarandi: si ius relinquit aliquid arbitrio iudicantis: et no declarat si stilus curie hoc obseruauit: ita quod pluries sit obseruatum: licet non consuetum: ita quod prescriptum hoc obseruatum. Item lex dicit ferias messuzy vindemiarum obseruandas non determinat tempus: stabitur huic obseruantie. ff. de ferijs. l. presides: de of. proconsul. l. si ancilla. ¶ Leg dicit vsuras moderatas prestandas: loci in moderatione: attendetur obseruancia. ff. de vsuris. l. j. dicit cautionem prestandam: non determinat vsq; ad quem diem stabitur obseruantie. l. si finita: in princpio. ff. de dam. infec. sic z si non dicit qualis cautio prestanda sit: stabitur obseruantie. ff. de custo. re. l. si quis reum: de verbis dubijs loci patet. ff. de supelec. l. labeo. ff. de lega. j. si quis in fundi vocabulo. l. librorum. §. quod tamen cassius: de le. iij. de fundo instruc. z instrua. lega. l. cum delationis. §. asnam: de sponsalibus ex literis: et bec siue proferantur a testatore: siue etiam a contrahentibus. ff. de euic. l. si fundus cum si. sic z supplet verba omitta a contrahentibus: vel a notario. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edil. edict. cum concor. ¶ In talibus licet dicere hoc quotidie factum est et obseruatum: licet tempus non probetur: et sufficit dicere hoc sepe factum est. ff. si cer. pe. l. certi. condi. §. si numeros: aduertendum quod ista obseruancia: aut est plurium vel publice persone inter plures: et hoc regulat aliorum actus: aut est vnius singularis persone: et hoc regulat solius actus illius et declaratur ab illius voluntate pendentes: quo ad illos declarandos vel certificandos: plus attenditur consuetudo ipsius singularis persone quam communis loci: vt. l. si seruis plurium. ff. de le. j. dele. iij. l. legatus seruus: et patet: in. l. qui semiles: de vsuris: et in. l. vel vniuersorum: de pig. act. Sunt hic vt plurimum verba illi. co. de mat. in. l. de quibus: operatur etiam aliquando effectum probationis seu presumptionis: et dicit glo. quod probat causam: ita quod non admittit probationem in contrarium. ff. de vsuris. l. cuz

48 **¶** de in rem verso: sed de hoc dicam de censibus peruenit. ¶ Ex his concluditur differentia inter consuetudinem et prescriptionem: hic Jo. an. recitat aliquos assignantes differentiam. Prmo Hosti. in summa huius ti. §. si. ver. extra summam: dicit quod prescriptio habet locum in rebus corporalibus et incorporalibus: mobilibus et imobilibus: de prescrip. auditioz. c. seq. Consuetudo vero tantum in incorporalibus: vt in seruitutibus electionibus et similibus. Item prescriptio acquirit singulari: et priuato: consuetudo autem magis isti quam illi. Unde si prescriptionem allego contra illum contra quem non prescripsi: succumbo: secus si consuetudinem: de quo de off. or. c. si. et in regula. sine possessione: de reg. iur. lib. vi. in solutione quarate. In prescriptione requiritur titulus et bonafides: in consuetudine no: nisi vsus et tempus completum. ff. communia predicti. l. vendi

49 **¶** tor. §. j. ¶ Item priuilegium et prescriptio non concurrunt: de fide instrumen. dilectos. vericu. ceterum: et de prescrip. veniens: nisi forte ex priuilegio prescribatur: de iure pa. cura. sed priuilegium et consuetudo concurrunt. supra eodem dilectus: de verbo. signifi. abate. xvi. q. iij. placuit. Ideo discrete facit monachus qui contra parochialem ecclesiam in decimis allegat consuetudinem: de quo in d. c. si. de off. archi. de quo de elec. cum ecclesia vltimana: de decimis cum contingat. et. c. cum in tuaz. c. dudum. Composit. dicit qd consuetudo est eiusdem actus repetitio. C. de episco. audien. l. ij. xxv. q. si. ita nos: prescriptio est continuatio temporis. l. diffiniti. ff. de vsuca. l. tertia. Unde dicit quod prescriptio habet se ad consuetudinem: sicut disponens ad dispositum: actum enim repetitum quem dicimus consuetudinem disponit continuatio temporis. l. diffiniti. qua prescriptionem appellamus: hoc idem Specu. de prescript. §. j. sed que est differentia. ¶ De. et abbas dicunt: quod est illa differentia que est inter confirmantem et confirmatum: confirmat enim prescriptio

consuetudinem. ¶ Fran. vero dicebat quod consuetudo fuit indu-  
cta ante ius scriptum: sed prescriptio inducta fuit per ius scriptum:  
de prescrip. sanctorum: et c. vigilati. ¶ Item prescriptio habet om-  
nem effectum legis: vt dicam circa effectum hic vnicum tantum: scz  
derogandi negligentie: ex his que primo dicta sunt: apparet: qd. c.  
dilectus. s. eo. est positum sub incongruo titulo: certe non est in qua  
tunc ibi consuetudo adducitur ad interpretandum statutum: quia  
hic est finis consuetudinis: vt ibi dicitur. Idem dicit de re. in eodem ti-  
tulo. libro. vi. licet de re. iij. defendi possit: vt in vers. et sic non defen-  
dam infra. De recitat quosdam dicere: et Cy. in. l. si. quod prescrip-  
tio est factum: consuetudo est ius. Secundo ponit differentiam su-  
pra Compost. Tertio ponit differentiam quod consuetudo acqui-  
rit ius: vt contra quemlibet: prescriptio: vt contra singularem: et si  
contra plures: vt contra singulares: nam si uolo querere ius collecta-  
di: contra istum: et illum hec est prescriptio. Si simpliciter contra  
omnes: hec est consuetudo: prescriptio enim causatur ex negligentia  
non potentis: vel non resistentis. Consuetudo autem non causatur  
ex consensu vnus: sed totius populi: vel maioris partis: et ideo con-  
suetudo ligat ignorantes: quia procedit contra singulares: non tan-  
quam contra singulares: sed tanquam omnes: ideo si consuetudo est  
quod maiores natu succedunt in totum: si aliqui singulares non ve-  
lint hoc seruare compelluntur: quia consuetudo eos ligat: sed si con-  
suetudo se determinat ad certam personam: vt maior natu potius  
succedat in hereditate: non erit consuetudo: sed erit prescriptio. An-  
de non preiudicabit alijs: nisi populus totus in hoc consensit: per qd  
dicit quod si nobilis allegat: uolens collectare ius vniuersale: hoc  
sit verum virtute illius poterit collectare ius vniuersale: Sed si alle-  
gat ius singulare: vt quia ille collectatus sit: et ille: sed in illis certis  
personis: dato quod consenserit maior pars consuetudo non est: nec  
alios ligat: nec eis preiudicat: ideo est prescriptio scdm Pet. Item  
secundum eum est alia differentia: quia semper prescriptio ius  
est dispositum: id est formatum vt dominium quod ex ea querit: con-  
suetudo est ius disponens: ideo dicit quod canoniste qui dicit con-  
suetudinem prescribi: nesciunt quid dicant: quia consuetudo non pre-  
scribitur: quia oportet quod id quod prescribitur sit ius dispositum:  
sed consuetudo nunquam est dispositum: sed disponens. ¶ Dico  
substantiali fore differentiam inter consuetudinem et prescriptio-  
nem: quia finis consuetudinis: vt plurimum ordinatur in sine crea-  
di ius: vt publicum et non appropriabile. sed commune prescriptio  
ordinatur in sine querendi ius vt priuatum et appropriabile: qd  
alij appellant dispositum: et sic consuetudo publica vt lex: prescrip-  
tio priuata: sed quia iura aliquid applicant: saltem disponens: qd  
respicit agentem et patientem. ¶ Aduertendum quod quandoq;  
ius in agente: et patiente est commune: et hoc non potest esse nisi con-  
suetudo: vt quia ex parte cui fauet non determinatur ad certam per-  
sonam: sed ad plures: sed non ad illos: vt singulos: sed ad omnes: vt  
indifferenter. Item ex parte cui non fauet: etiam non determinatur  
ad certam personam. Quandoq; ex parte vtriusq; determinatur ad  
certam personam: et quia illi cui acquiritur ex vno est certa persona:  
vel locus: et is ad cuius incommodum est ad huc certa: vel si sunt plu-  
res determinatur ad eos: vt singulos ad creando ius contra eos:  
et hoc non potest esse nisi prescriptio. vt dicit Pet. et bene: cui con-  
suetudo Innocen. infra de offic. archid. dilecto. Quandoq; ex parte cui  
queritur determinatur ad vnum ex parte eorum contra quos deter-  
minatur ad plures: non vt singulos: et hec est consuetudo: si adest con-  
sensu tacitus habentis potestatem legis condende: ad hoc de of-  
fic. archidiacono. dilecto: et quod ibi not. Innocen. Quandoq; ex par-  
te eius cui queritur: adhuc est indifferens ex parte eius cui determi-  
natur ad certam personam: vel locum: adhuc est hec consuetudo.  
¶ Exemplum de primo. consuetudo disponit quod maior natu suc-  
cedat exclusis alijs si se non determinat ad certam personam est con-  
suetudo: et habet generalis consuetudo provincie: quod in ecclesijs  
ad hinc in electione collegiatis clerici ecclesiarum cathedralium: hec  
est consuetudo: si consuetudo est in omnibus ecclesijs de aptando  
hec est consuetudo. ¶ Exemplum de secundo si velit vna ecclesia con-  
tra aliam acquirere ius eligendi: aut actine aut passine: de verborum  
significatione. abbate: de consuetu. cum dilectus: hec est prescriptio.  
¶ Exemplum de tertio: vt in nolente acquirere ius collectandi in-  
differenter quo ad omnes. ¶ Exemplum de quarto: vt in nolente  
collectare allegando in provincia consuetudinem generalem om-  
nium nobilium eiusdem generis subditos collectandi: hec est con-  
suetudo: idem dico de iure optandi in ecclesia: quia quo ad eos qui  
agunt querere ius hoc optandi non est quo ad personam certam de-  
terminatam: ideo est consuetudo et non prescriptio: et capitulo ter-  
tio. de consuetu. bene situatur quicquid dictum sit. supra ideo in-  
quantum episcopus concedit concanonice: vt sine consensu eorum  
possit punire delicta: hic est prescriptio: quia quo ad eos abstrahit  
ius: et dat alteri certo: prout autem contendit episcopus cum sub-  
ditis: quia hoc ius corrigendi plus non determinatur quo ad vnu:  
quam quo ad alium est consuetudo: et hoc voluit gloss. in verbo cas-  
nonice. et Joannes andree. super ea quod bene notandum est: et in

terminis. capitulo finalis. etiam inquantum contenderent est consue-  
tudo: quia ex parte querentium non determinat sed ad certam perso-  
nam: aut ergo sint aduocati in bene hoc perpendendo et discutiendo:  
et articulando. ¶ Et his concluditur differentia consuetudinis:  
ab alijs in aliquo tamen conueniunt omnes: quia in vsu et actu  
merito potest in genere appellari consuetudo inter alia est differen-  
tia vna: quia consuetudo extendibilis est: quando est fauorabilis:  
sed non prescriptio: quia odiosa: vt dicit Innocen. de offic. archidia-  
cono. dilectus. Et conclusa consuetudine: prout est ius equipollens  
legi communi. Adhuc sunt species illius: et subdividi potest  
multipliciter. Primo ex parte forme: vt dicimus: hec est consuetudo  
rationabilis: et hec est irrationabilis: que licet secundum legem  
inquantum deficit in parte rationis: posset dici consuetudo: vt in  
l. quod vero: contra rationem. ff. de legi. tamen secundum nos per-  
dit nomen consuetudinis: eo quod formam perdit: que dat esse rei  
ff. ad exhibend. l. sed et si quis. §. iul. et dicitur non consuetudo: sed  
corruptela: vt hic: et de consanguini. et affini. non debet cum simili.  
¶ Potest diuidi ex parte quantitatis: et hec aut est generalissima que  
vniuersam orbem distinguit: vt quod dicitur versus orientem. vni-  
decima distinctione. ecclesiarum: et capitula. sequen. hodie autem est  
consuetudo quod non inrent aduocati contra legem rem non nov-  
uam. C. de iudicis: sed Hostiensis dicit quod illa: vt irrationabilis  
non valet: de iuramen. calum. ceterum. Generalis non distinguit  
provinciam de elec. cum ecclesia. specialis que ciuitatem distinguit  
vel castrum. ff. communi predio. venditor. §. si constat: de iur. iuran.  
venientes. Et hec due species in quo derogent iuri dicitur infra. est  
specialissima secundum quam in dubijs iudicatur: et hec presump-  
tionem inducit cui statur: donec contrarium probetur: de pigno.  
acti. l. vniuersorum. ff. de vsuris. l. qui semisses: hec sunt verba Hostien-  
sien. supra eodem. cum dilectus: et de ista non est hic agendum: quia  
hic est alia species: vt supra dixi. ¶ Et ista materia consuetudinis  
forma causa efficiendi. et speciebus clarius concludaz diffinitionem  
consuetudinis. ¶ Hostius dicit quod est ius quoddam moribus  
institutum: quod pro lege suscipitur: cum deficit lex. prima distin-  
ctione. consuetudo: et dicitur consuetudo: quia consueti mores: et  
quibus resultant consuetudinem inducunt. ¶ Vel consuetudo: id est  
communis vsus arguendo ab ethimologia: quod licet: de preben.  
cum secundum. xxi. distinctione. clericos: cum simili. ¶ Inquantum  
dicit vbi deficit lex: intellige id est vbi non est: vel vbi ex consuetudi-  
ne cessat: quia est contra legem: et hoc videtur quod consuetudo  
non inducatur de eo de quo lex est: de quo dicam infra. Et in sum-  
ma. eodem titulo. dicit quod consuetudo est ius moribus populi in-  
stitutum: et non scriptum. ff. de legi. l. de quibus. Innocen. dicit quod  
est ius non scriptum: moribus diuturnis populi introductum. Hostien-  
sien. dicit quod est vsus rationabilis competentis tempore: firmus:  
nullo actu contrario interruptus: eius expositio nem vide in  
summa. eodem titulo. §. i. ff. de ra. dicit quod est ius mo-  
ribus vel vsibus populi totius vel maioris partis recte initiatum  
et continuatum constitutum legis habens auctoritatem et non pos-  
sunt ius non scriptum: quia non fatetur illud esse de substantia con-  
suetudinis: de quo dixi. s. Joan. an. coniungit consuetudinis diffi-  
nitionem. Ja. et Pet. dicens: quod est ius non scriptum moribus vel  
vsibus populi: vel maioris partis recte: initiatum et continuatum: legis  
habens auctoritatem: et exponit singula que patent ex dictis.  
¶ Diffinitionem Pet. in effectu ponit Guilielm. de eug. Idem dicit  
et recitat Barto. in. l. de quibus: dicit enim consuetudo est ius non  
scriptum moribus et vsibus populi introductum. Barto. ad literas  
ponit diffinitionem Joan. and. Butrig. dicit quod consuetudo est  
ius non scriptum diuturnis moribus vtentium comprobatum: qd  
adeo est magne auctoritatis: vt non sit necesse ad scripturam redire:  
ci: vel in scriptis comprehendendi: diffinitiones iste peccant omnes: et  
omnes diffinitiones in iure periculose sunt. ff. de regulis iuris. om-  
nis diffinitio. l. quod dicitur. ff. de impen. et. l. mora: de vsuris. ¶ De  
eo ergo quod consuetudo est ius publicum moribus hominum ra-  
tionabilibus habitatum tacito consensu habentis potestatem le-  
gis condende: surgens immediate quod pro lege suscipitur: quasi  
dicam ius patet ex dictis: publicum etiam dico ad differentiam pre-  
scriptionis: et aliarum specierum: dico habentis etc. ¶ Et me restrin-  
gam ad consuetudinem populi tantum: et non dico etiam moribus  
populi: quia inducitur consuetudo: aliquando non vtente toto po-  
pulo tacite consentiente. ¶ Diffinitiones omnes sunt periculose  
non insisto plus.

¶ Quarto. ¶ Restat videre de effectibus consuetudinis:  
et dico quod consuetudo habet omnem effectum  
quem habet lex: et statutum: quia per omnia habent vim legis. An-  
de hoc insequi esset inquirere tractata in statutis et legibus attingit  
ergo aliqua communia et dubitabilia. Joan. andr. computatis. v.  
quos Hostien. collegit in summa huius titu. colligit. v. Hostien. et  
Alinc. computatis. v. Hostien. infra interpretandi: corrigendi: ab eo  
gandi: legem supplendi: presumptionem inducendi: adiudicandi:  
iurisdictionem dandi: et habilitandi: sed dicit Joan. and. quod si hec  
specie

specifice volumus: sunt multopures: vt colligit ex glo. hic. ¶ Sed  
 reducendo me ad principalia: quadoq; consuetudo consonat legi:  
 quandoq; est preter legem. quandoq; repugnat legi. Si consuetudo  
 consonat legi. quia per omnia disponit: vt. l. ipsa et habet iura  
 men legis et tunc si est dubia: eam interpretatur. ff. de legibus. l. mi  
 nime. §. e. cum dilectus. Si est certa illam roborat: et confirmat: vt  
 patet in pluribus iuribus: in quibus allegatur ius et consuetudo:  
 ad hoc. iij. di. §. leges: et dicit Butri. in. l. de quibus: et in. l. ij. ad hoc  
 vltimum. l. si. C. que sit lon. consue. habet etiam effectum quod vbi  
 consonat cum. l. antiqua: potest illa que non possit: vt circa illa cuius  
 disponere est solius pape: vt circa sacramentalia: vt in. c. super eo.  
 de cog. spirituali. Si est preter legem: quia non contra tenorem legi:  
 sed disponit in casu disposito: sed non declarato: consuetudo de  
 clarat: vt dicit. §. Si ex toto non a iure dispositus casus decisis per  
 consuetudinem: et tunc consuetudo inducit: aut permittendo: aut  
 inhihendos: aut inibendo. ff. de legi. l. i. iuris. iij. di. capitulo primo.  
 et secundo et trahitur consuetudo ad casus similes legi non repu  
 gnantes: et ex similitudine: ex rationis idemptitate: ex ratiois ma  
 ioritate: et ex omni causa legem extendentem. l. de quibus: et ibi tex.  
 et glo. et doc. ff. de legibus: et in. l. i. C. que sit lon. consue. Si consue  
 tudo disponit contra legem: aut contra legem nature: aut gentium  
 aut positiuam. Si nature: aut in quantum est mistica: et valet dispo  
 sitio. vi. di. §. is ita. Si in quantum est moralis idem quod dicit de sta  
 tuto: in. c. que in ecclesiarum: et per Cy. in. l. scripta. C. si contra ius:  
 vel vti. publi. et Barto. in. l. si. l. omnes populi: de iusti. et in. 2. hic  
 non profecto. Sed concludo: quia omnia ista membra sunt ad hec  
 reducibilia: quia vel agit consuetudinem inducens ex toto tollere  
 ius naturale: et non potest: aut distinguere vel temperare: et in qua  
 tum consuetudo ex resistentia iuris nutrit peccatum: non valet con  
 tra legem naturalem vel diuinam. In quantum distinguendo nu  
 trit peccatum: tunc valet consuetudo eo quia formalitatem habet  
 rationis. ¶ Per que dicit Joan. an. quod cum lex nature dicat in  
 ore duorum vel trium ec. de iudi. nouit: de testi. in omni. et de testa.  
 relatum: quando lex distinguendo ex causa: vt tollatur falsitas exi  
 git plures: vt in testamento: et quando etiam casus exigit plures  
 §. q. iij. capitulo. i. et ii. de test. licet: et si hoc facit lex et consuetudo:  
 vt. l. de quibus. ff. de legibus. ¶ Ex his infert hic statuta contra  
 ius diuinum et consuetudines non valere: vt liceat interficere inter  
 fectorem patris: vide Jo. an. in addi. Spec. in ti. de consti. et quod  
 dicit. §. de consti. que in ecclesiarum. ¶ Item dicit quod non valet  
 consuetudo: vt percutientem in faciem licite occidam vel propter  
 deformitatem superuenientem coniugi licite teneam concubinam  
 vel quia liceret tenere concubinam si vxor filios non procrearet.  
 ¶ Item non valet consuetudo quod propter utilitatem publicam  
 vel pauperum elemosynam vel captiuorum redemptionem liceat  
 furari fenerari vel falsum dicere: testimonium. prima questio. pri  
 ma. non est putandum. Idem dicit Hostien. de statutis permitten  
 tibus occidere bannitos pro pecunia: vel que pro homicidijs im  
 ponunt penam pecuniariam ad hoc. §. c. proxi. de pac. l. Si vnus. §.  
 pacta: in aut. de man. prin. §. oportet. ergo. colla. iij. ad hoc: quod  
 not. de offi. archi. dilectus: de delictis puerorum. c. si. et in summa.  
 huius ti. §. quando ad si. Ex hoc infert Hostien. ad consuetudinem  
 qua permittitur: vt liceat debitorem suum capere: vel eius defen  
 sorem: vel pignora recipere quod est irrationabilis. quia inducit: ri  
 xas: guerras: vulnera: et homicidia: que inde proneniunt. ff. quod  
 metus causa extat. l. quoniam. ad legem. in. de vi. pub. ff. de vfufructu.  
 equissimum. de pac. dota. l. conuenire. ff. de reli. et sum. fu. l. offa. §. i.  
 C. de iudeis nullus: ne quis in sua. ca. l. i. vnde vi. si quis in tantam  
 de iura. ca. certum: de si. instrumento. capitulo constitutus: quod  
 dicit verum in quantum inducit vt pignoret inuitus: secus si in vo  
 lente: licet curialius esset illud petere per pretorem. C. de pig. l. ij.  
 secundum Hostien. Si est contra legem gentium. dic quod in statu  
 to dicit: in. c. que in ecclesiarum. §. de consti. valet: secundum Cy. in  
 quantum non tangit priuatum non valet sine causa: cum causa sic.  
 vt. l. venditor. §. si contra. ff. communi. predi. ¶ In quantum au  
 tem contradicit legi positine: iura videntur in seipsa contraria: qz  
 l. si. C. que sit lon. consue. xi. di. consuetudinis: dicit quod licet eius  
 non sit vtilis autoritas: non tamen vsq; adeo valitura: quod vincat  
 rationem aut legem: et hic dicit quod non vincit legem: licet eius non  
 sit vtilis autoritas: hec videntur contraria: quia sit autoritatis. non  
 modice et quod succumbat legi et rationi: quia vel intelligimus de  
 rationabiliter hec est magne autoritatis: vel dicimus de irrationa  
 biliter hec non vincit legem: nec est alicuius autoritatis. gloss. in. d. l.  
 si. x. l. de quibus: et in. xi. di. consuetudinis: et hic laborant. ¶ Quidam  
 dicunt quod in quantum dicit: quod necesse vtilis autoritatis: debet in  
 telligi de bona in quantum dicit quod non vincit legem intelligit  
 de mala non placet hic glo. et dicit Joan. an. quod inceptitudo hu  
 ius patet: quia separat caudam a capite: ad hoc. §. de baptif. maio  
 res. ¶ Secundi dicunt quod est autoritatis: vt in principio: et quo  
 ad hoc: vt localiter vincat legem. sed non quo ad hoc: vt vincat vni  
 uersaliter: sed hic non habet dubitationem: dic sumendo mentem

Hostien. et Joan. an. si queritur simpliciter: an consuetudo sit bo  
 na: non descendendo ad aliquos particulares euentus: vel acci  
